UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# De Sapiente Frvctvoso Epistolares Libri quinque

**Bonifacio, Juan**

**Ingolstadii, 1606**

IX. Eidem de inepta delectandi ratione fugienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51159

Visual Library

bet vniuerſis. Quanquam recon
eruditionis tāta ſolet eſſe vis, vt e
probetur in vulgus, pleniſſimiſq;
ſelliis concionator dicat incompt
le quidem & frigidus, ſed admo
tamen literatus. Enim verò nos fo
næ, quæ ſolet eſſe mutabilis, no
gnitati aſcribimus, vt concionato
uenuſtus à plurimis audiatur.

## EIDEM,

*De inepta delectandi ratione fugien*

EX his intelligi mi Hierony
facilè poteſt verum illud
quod primum poſuimus,
illi rectè ſentiant, qui neceſſariam
lectationem eſſe dictitant, & eos fa
opinio, qui ſententiarum ponde
rerumq; dignitate contenti orati
leporem, venereſq; reiiciunt. Fru
enim laborabunt, niſi orationis
cedinem cum doctrina, præceptis
vitæ coniungant. Quod quidem p
cliue dictu eſt, & factu difficile.
eſt enim cōcionatorum ſcopulus,

Charybdis, & Syrtis. Nam plerique dum delectare cōcionabundi conantur, aut non delectant, contra quam inſtituerunt, & ſunt aggreſſi, aut quia ſine modo delectant, ſatietatem afferunt illius rei, quæ ſi abeſt, inutilem, ſi ſupereſt, atq; ſuperfluit, puerilē reddit concionem. Eſt enim, vt apud Ciceronē diſputat Craſſus, orationis genus eligendum, quod maximè teneat eos, qui audiunt, & quod nō ſolùm delectet, ſed etiam ſine ſatietate delectet: nam quę ſenſus noſtros voluptate perfundunt, diuturnam, ſtabilemq́; ſuauitatē habere non poſſunt, quibus, vt prima ſpecie cōmouemur acerrimè, tacitiſſimè ſatiamur. Nam quæ in nouis picturis, in tabulis, in imaginibꝰ, in periſtromatis, in auleis floridiſſima, miriſq; videntur eſſe coloribꝰ variata, etiamſi primo aſpectu nos ceperunt, tamen perſpicuũ eſt, nō delectare diutiùs: cũ in antiquis tabulis horridũ illud, obſoletũq; miremur, & intuendi finē nullũ faciamus. Molliſſimis, & delicatiſſimis in cãtu flexionibꝰ, & falſis

*Lib. 3. de oratore.*

vocu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

voculis, quibus hodie theatra, v
perſonant, nemo eſt, quin certas
ueras muſicæ leges anteponat. P
illæ quidē ſemel atq; iterū, has ſ
nō grauamur audire. Licet hoc vi
in reliquis ſenſibus, ne oculos dū
& aures conſulamus vnguentorū
derata potiùs, quā ſuauitas ſuma
ctat, magisq́; laudātur, q crocum(
dam vt dixit) olere videantur. T
mollitudinis, & lenitatis modū re
rit, nilq́; vel in blandimentis q ſ
miū concupiſcit. Quin etiam guſ
voluptatis præter cæteros ſenſus a
tor, atq; appetens, quā citò dulco
offenditur! melq́; aſpernatur, &
puit! Eſt enim maximis voluptat
maximè affine faſtidium. Quo
minus in oratione miremur, cuius
cinnos, & fucum nō modò auſter
probant, ſed etiam multitudo ipſ
tuperat. Cupio equidem noſtro
tori Hiſpano (cui niſi dulceſcit ora
quærenda ſolitudo eſt, niſi delecta
ſit modus, offenſio metuenda) cup
inquā, vt ſæpius ab ipſa concione

clam

clametur his verbis, benè, & præclarè, quàm illis bellè & feſtiuè. Hic enim illis plauſus datur, qui orationem veſtire muliebriter ſolent, ille eorũ eſt, quorum & res approbantur & verba. Quare meis concionatoribus author ſum, vt quæ delectandi cauſa afferent, eiuſmodi ſint, vt neque ſatiare auditorem poſſint, neque orationem maculare. Satiatur auditor & nauſeat, vbi quid eſt nimium, & florum copia redundat. Eſt enim oratoris magna laus, vt idem ſit & perornatus & perbreuis, qua minimè caruit ſummus ille dicendi magiſter Craſſus. Multiſq; annis poſt diuus Cyprianus in hoc genere laudis excelluit. Semel duntaxat luxuriaſſe viſus eſt, idq; vt ſanctus Auguſtinus cenſet, non quia ita loqui vellet, ſed quia iis occurrendum putabat, qui illud orationis genus à noſtris requirebant, effecit. Libet Auguſtini verba ſubiicere. *In populo graui, de quo dictum eſt Deo, in populo graui laudabo te, nec illa ſuauitas delectabilis eſt, qua non quidem iniqua diliguntur, ſed exigua, & fragilia bona*

*Cicero in Bruto.*

*Lib. 4. de Doctrina Chriſtiana cap. 14.*

*ſpumeo*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſpumeo verborum ambitu ornantur,*
*nec magna, atq; ſtabilia decẽter & gra*
*ornarentur. Eſt tale aliquid in epiſtola*
*ti Cypriani: quod ideo puto vel accidiſſe*
*conſultò factum eſſe, vt ſciretur à poſ*
*quam linguam doctrinæ Chriſtianæ ſa*
*ab iſta redundantia reuocauerit, & ad*
*quentiam grauiorẽ, modeſtioremq; re*
*xerit, qualis in eius conſequentibus li*
*ſecurè amatur, religioſè appetitur, ſed*
*cillimè impletur. Ait ergò quodam*

*In epiſto. ad Donatum.*

Petamus hanc ſedem, dant ſece
vicina ſecreta, vbi dum erratici pa
tum lapſus pendulis nexibus per ar
dines baiulas repunt, viteā portic
frondea tecta fecerunt. *Non dicun*
*iſta niſi mirabiliter, affluentiſſima fœcun*
*tate facundiæ, ſed profuſione nimia gra*
*ti diſplicent. Qui verò hæc amant, pr*
*ctò eos, qui non ita dicunt, ſed caſtigatiu*
*quuntur, non poſſe ita loqui exiſtimant,*
*iudicio iſta deuitare. Quapropter iſte*
*ſanctus, & poſſe ſe oſtendit ſic dicere,*
*dixit alicubi, & nolle, quoniam poſtmo*
*nuſquam.* Hæc Auguſtini verba, tec
mi Hieronyme faciunt, qui qua

olim de caſtiſſimo illo noſtri temporis Ioſepho diximus, admirantibus aliis minus ipſe mirabaris, deq; illa quaſi luxurie quædam reſecari oportere cenſebas. Oratiunculæ noſtræ pars illa ſic habet. *Vt autem Petronij caſtitas enitere plus poſſit, vtque adoleſcentis ſummo loco nati, copioſi, & diuitis virginitas ſa admiranda magis: libet oris formam, totiuſq; corporis figuram, habitumq; depingere, quæ dum vberiùs exponimus, quæſo diligenter attendite. Natus erat Petronius matre quidem pulcherrima, patre prægrandi, procero, mirabili, filius, quod erat in matre formoſiſſimū, in patre digniſſimū ita expreſſit, habuit, præ ſe tulit, vt vtriuſq; parentis vera quædam imago eſſe videretur. Facie fuit honeſta, ſtatura celſa, corpore vi-lendo, membris & vegetis, & mirabiliter conformatis. Placebant, & arridebant oculi, candor oblectabat, rubor capiebat. Naſus erat acutus, frons lata, manus longa, aures mediocres, genæ leuiter eminebant. Benè capillatus, egregiè barbatus, collū erectum, humeri grandiores, pectus firmū, latera virilia, femorum, crurum, tibiarum, & pedum*

*mira*

*mira cõſenſio. Vox grata, riſus hilaris,*
*ſuauis, vultus honorandus. Nihil in*
*ne vaſtũ, nihil pingue, nihil gracile,*
*perfecta, amabilia, præclara. Et quidem*
*angelica ſpecie, hoc ætatis flore, hiſq;*
*quaſi vireſcentibus nihil vnquã aut*
*aut fecit, aut cogitauit, (audeo dicere,*
*ita dicam afferre poſſem) quod non ex*
*ſtianæ Philoſophiæ præceptis dictũ,*
*cogitatumq́; ſit.* Hęc ſi breuiùs dixi
plus haberent dignitatis. In hoc
genere ſermonis moderatio
magis, quàm copia laudatur. N
ſolùm orationis pigmenta erudi
ditoribus, & benè cordatis perm
ſta ſunt, verum etiam quæ elegan
mè dicuntur, obſcurant. Nam
admodum picturæ vmbra, receſ
facit, vt alia aliis ſint illuſtriora,
dam multo magis appareant, qu
tare conueniens ſit, ita orationi
ligentiſſima indiligentia concion
aſſequitur, vt quæ non temere
ſperſa, ſed ſapienter diſpoſita erũt
tionis inſignia multo magis emine
Nam & ab iis, qui modos & ca
in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inuenerunt, alia abiici, ſubmittiq́; videmus, vt alia poſſint augeri. Ergo Hiſpanus orator ( de hoc enim ipſo loquimur, etſi in omnes tractatus hic conuenit) quæ in noſtra lingua elegantiſſimè ornatiſſimeq́ue dicuntur, manu potiùs, vt aiunt, feret, quàm toto caniſtro: dabitq́; operam, vt puriſſimè ſemper dicat, ſermonem quandocunque res poſcat, illuminet. Voces vnam, eandemq́; rem ſignificantes temere coaceruare non decet: in re magna fieri hoc debere Rhetores aiunt, eaq́; ſynonyma quæri neceſſe eſt, quæ ita ſignificatione conſentiant, vt ſit tamen aliquid in vnaquaq́; voce diuerſum, quo res ipſa grauis & magna pulchrè varietur. Vocabula nouare qui ſolent, delectare illi quidem volunt, ſed nihil minus aſſequuntur. In eadem cauſa ſunt qui verba verbis putidè coagmentant, qui tranſlationibus duris vtuntur, qui vt voces vocibus quaſi dimenſæ, pareſq́; reſpondeant, nimis anxiè, ſoliciteq́; conantur, pugnantia inter ſe crebrò committũt,

pariterq́ue extrema definiunt, v
idem ſit ſonus in cadendo. Huiusg
neris ornamenta Hiſpanæ ling
quaſi virginitas vſurpat verecun
Gueuaræ illius, quem noſti, libri
mnes hoc ſunt quaſi fuco tincti:
rumtamen nondum tritis noſtror
hominum auribus, nec erudita H
ſpania quo editi primùm tempo
ſunt, honorem, & laudem meruer
Datur quidem temperato doc
generi, quod delectationis eſt tot
concinnitatis licentia maior, præ
tim ſi orator quæſtionis liberiorem
latiorem nactus eſt campum. T
ſunt laudationes, declinationes a
propoſita, loci explicatio commu
orationiſq́; in re lætabili & glorio
triumphi. Nam ornantem, vitupe
tem, amplificantem, oſtentant
compta decet oratio, & verbor
ambitu concluſa longiore. Sub e
men conditione, vt quales res e
talis ipſe ſit ſermo. Nolumus vt ho
dè, inculteq́ue dicatur, multoq́ue
nùs vt aures quaſi titillentur, o

m

mus. Nam hæc oratoria voluptas non ſenſu magis, quàm mente & ratione percipienda eſt, quippe cùm non perfundat, ſed perfringat animos: qualem Periclis fuiſſe accepimus, qui cum delectatione aculeos etiam relinquebat in eorum animis, à quibus eſſet auditus.

*Cicero in Bruto.*

Qui aut inſolens aliquod verbum vſurpant, aut obſcurum, ſibi, non conſeſſui, vbi mulierculæ, puerique ſunt, concionari videntur, & populi fauorem captare, rudiſque plebeculæ, quæ, vt ſcitè Hieronymus, quidquid non intelligit, plus miratur.

*In Epiſt. ad Nepotianum de Vita Clericorum.*

Multi enim Siſſenam illum imitantur, qui ſermonis vſitati vel hoſtis, vel arrogans emendator voces vſurpabat Latinis auribus inſuetas. Quanto melius Cæſar & rectiùs. Qui dum ad Latini ſermonis munditiam oratoria addidit ornamenta, tanquam benè depictas tabulas, vt ait Tullius, bono in lumine collocauit.

*De claris Orator.*

Limetur, polieturq; ſermo, atq; etiam illuſtretur, ſed ita vt virorum ornatus ille ſit, non puerorum, multo minus

fœminarum. Ex illo enim mode
tæ, ac prope neceſſariæ delectatio
vmbraculo, tanquam ex tabernac
militari inſolem, puluereḿque e
ſtigio proceſſurus orator eſt, atque
proinde aſſumenda veſtis eſt, quæ
micantem oratorem, hoſteſq; cad
tem remorari, & impedire non p
Sint ergo armati potiùs quàm to
inſignia, ſagum induat orator, to
relinquat, muliebrem ſtolam ne v
at quidem, ſuſpicetur, & cogitet.
ditores magiſter Chriſtianus ita d
ctet, vt etiam admoneat, caueatq
cùm obiurgat, ſui videatur eſſe d
milis, vt enim admonitio, ſic eti
oblectatio debet eſſe perpetua, ne
teram decet ab altera ſeparari. No
nim delectationem probamus, ex
nulla prorſus vtilitas permanet ad
mum, nec auditorem ſic oratione p
cuti volumus, vt nulla vulneris a
pti dulcedo ſit. Sauciandus amo
telo auditoris eſt animus, acerbi
miſcenda dulcedine. Sit elegans
mo noſter, ornatus, & pulcer, & c
vo

voluptate ſalubritas, cum deliciis diuitiæ coniungantur. Quam palmam Ludouico Granatenſi reſeruatam videmus, cuius libri omnes Hiſpani non minus iucunditatis, quàm adiumenti lectoribus afferunt. Sic enim vir ille magnus ſuam dictionem temperauit, atque ita rexit ſtylum, vt qui legunt, incredibilem capiant voluptatem, & ſententiarum pondere ipso ita rapiantur, vt non animaduertant, delectationis aucupium, numeroſæque orationis harmoniam minùs obſeruent. Nã cùm orationis ornamenta non deſint, & ſermonis quaſi lautitiam nemo deſideret, tamen eo eloquendi genere vtitur, quod è diuinis fontibus hauſtũ, non ex Ciceronis, & Quintiliani riuulis ſumptum eſſe videatur. compoſitio, collocatio, ſtructura, & numerus ſcribentis erit, non loquentis, niſi ſi ſponte fluat oratio, ſitque curſus ille, & orationis filum naturale. In illis enim, quæ ad delectationem pertinẽt, natura dominatur: illoque ipſo maximè allicimur, quod eſt maximè natu-

rale. Ex quo efficitur, vt ille præco-
ris placeat ſtylus, qui rerum comm
dus explanator ſit, & mentis fidus
terpres. Quare in eo maximè la
randum eſt, vt rebus ancilletur o
tio, ſenſaque primùm, deinde ve
miretur auditor. Turpe enim
floſculos hinc inde ſectari, quæd
inania colligere, & eloquentiam
vt veteres illi verborum & ſente
rum granditate, delectu, & pond
ſed ineptiarum prope puerilium
mero, vſuq; metiri. Nam proflu
tia quorundam, & ſtulta loquac
quæ ſe fucata ſpecie, quæ rubor
candoris quaſi medicamentis ob
venditare ſolet audientibus, quæ
co vacat & ſanguine, illiuſque co
eſt expers, quem ſolida orationis
pia tanquam bona valetudo facie
diffundit, omniũ eſt ſibilis explod
Illam illam præclarã eloquentiæ
mam concionatores ament, quæ
cioſa verbis, admiranda rebus Chri-
sti in terris propagare ſolet im
rium, quæ vna hoc eloquentiæ

uiſſimo, magnificẽtiſſimoq́; nomine digna ſemper eſt viſa ſapientibus.

## EIDEM,

### *De vera oblectandi ratione.*

SATIS multa de oblectandi modo ſeruando dixiſſe me arbitror, ſequitur, vt de vera voluptate diſſeramus, quod erat in noſtra & promiſſione, & partitione poſtremum. Nam ſi nihil ponimus in ea eſſe oratione momenti, quæ tota frigeſcat, nuſquamq; delectet, ſi rurſus nimiæ ſuauitatis aut nullum, aut tenuem fructum eſſe contendimus; tertium neceſſariò conſtituendum eſt orationis genus, cuius neque ſiccitas vituperetur, neque inanium verborum flumen rideatur.. Quod etſi factu difficile eſt (quis enim in medio tam conſtanter inſiſtat, vt nunquam extrema contingat?) tamen aggredi, tentareq; oportet, eiq; palmã tribuere, qui maximis oratoribus proximus eſſe videbitur, quamuis longo proximus interuallo. Qui enim ita dicit, vt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN